

Divinâ favente gratiâ,  
**THEATRUM**  
**ETHICUM ARISTO-**  
**TELICUM,**

In gratiam nonnullorum viro-  
rum-Juvenum literatissimo-  
rum apertum,

CHRISTOPHORO PREIBISIO  
Sprotta-Silesio I. U. D. ac Pro-  
fessore publico,

*Foribus templi Delphici inscriptum:*

Γνώθι σεαυτόν; Nosce teipsum.



Lipsiæ

*Apud heredes Schüreri.*

EXCUDEBAT JOHANNES Glück.

Anno Christi M. DC. XXI. a. XL. 7

*J. XI. 26.*

II. II. diss. A  
, 7



THEATRA  
ETHICUM ARISTO  
TELLICUM

INSTITUTIONUM  
MORALIUM

CHRONOLOGICIS  
MORALIUM

Sachs.  
Landes-  
Bibl.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text at the bottom of the page.





Strenuis ac Nobilissimis  
Viris-juvenibus

CHRISTIANO } à Pölnitz fra-  
IOHANNIC HRISTOPHORO } trib. Germa-  
 } nis, Equitib.  
 } Milniæ,

*Generosi, Magnifici ac Nobilissimi*  
VIRI

BERNHARDI à Pölnitz in Oberpölnitz / Gosigk /  
Schwartzbach / LindenCreutz / Keutendorff /  
Bernsdorff / Zinna / Vchtritz / Gräbitz / etc.

Serenissimi Electoris Saxoniae à Secretioribus  
Consilijs & Cancellarij  
FILII;

JOHANNI SIGISMUNDO à Kreckwitz }  
in Juppen & Weintzdorff / &c. }  
OTTONI à Porschnitz / in Prausz / Golschau / } Equiti-  
Gurck / Jonsdorff / etc. } bus Si-  
GEORGIO ABRAHAMO à Grünberg in } lesiæ,  
Loos / &c. }

*Dominis & Fautoribus suis gratiosis &  
observandis.*



EPISTOLA



I quis secum, *Strenui, & Nobilissimi Equites, Domini gratiosi,* si quis secum, dico, *Nobilitatus,* in rebus humanis unice eminentis, *tum naturam, tum officium paulò attenrius consideraverit,* fateri illum, nolentem volentem oportet, nihil majns, nil præstantius, ac divinius illà in civili reperiri posse societate. *Naturam* si quis consulat, illos, qui ante alios dignitate longè eminent, singularibus ingenij dotib. cultos & exornatos ab illa esse facile intelliget. *Hinc tum* qui primùm suæ Nobilitatis fundamenta jecerunt, *tum* qui ex nobilib. fuerunt nati, generis sui splendorem non obscurandum, sed magis subinde illustrandum censuerunt, innatâ quadam vi ad res fortiter, ac prudenter gerendas incitati & impulsî. Ita enim comparatum, uti *Natura,* quæ divinum quid, in nonnullos dotēs suas uberius conferat, quo illorum operâ societati civili inprimis consulatur. *Officium,*



## D E D I C A T O R I A.

*cium*, quod illis incumbit, si perpendimus, certè illud *uti* gravissimum, *ita* cum maxima dignitate conjunctum. *Rempublicam salvam esse cupimus!* *Nobilium* hic in primis conspicua est virtus, qui illam, à qua nominis sui tantus splendor profilijt, non deferendam, sed summis viribus defendendam prudenter statuunt, ne nomini suo honestissimo, (cum præ aliis ob virtutis studium acriter urgendum noscibiles sint, five cognoscantur & in summo honore ac precio habeantur) dedecus aliquod afferant & concilient. Unde profectò *Nobiles tum* & dignitatis amplitudo, *tum* officij, quod ipsis incumbit, magnitudo non potest non subinde monere, quo Provinciam, quam sustinent gravissimam, summis viribus tueantur & defendant. Sed *quorsum* ista à me dicuntur! Ostendere volui, *Nobilitatem* in quavis Rep. magnificendam & suspiciendam esse: *cum* i) *tum* ingenitâ indole, *tum* nobilissimorum majorum factis præstan-

A 3 tissi-



EPISTOLA

tissimis ad Reip. salutem conservandam nō  
possint non inflammari. Nec de *Vobis*  
aliquod dubium! Spes namq; certissima, *Vos*  
uti generis claritatem à *parentibus & majori-*  
*bus Nobilissimis* accepistis, ita eandem factis  
propriis præclarissimis, Reip. salutem uni-  
cè spectantibus, divinâ favente gratia, ad se-  
ram posteritatem transmissuros illibatam.

Quis enim nescit, *Te Christianum & Jo-*  
*annem Christophorum à Pölnitz, fratres Ger-*  
*manos, Equites Misnia*, nil aliud spectare ac  
cogitare, quàm quò *Magnifici & Nobilissi-*  
*mi Domini Parentis, Serenissimi Electoris Sa-*  
*xonia Cancellarij & à secretioribus consiliis ve-*  
stigia premere, ac Gentis splendorem maxi-  
mum propriâ virtute augere & amplificare  
possitis. Ita namq; hîc *Lipsiæ* vitæ vestræ  
rationem instituistis, uti unam virtutem  
cum insigni eruditione conjunctam *Vobis*  
unicè sectandam prudenter existimetis.

Pergite ita strenuè, cū futurū, ut quàm à  
*Majoribus* accepistis dignitatē *clarissimam,*  
*Vestra*



## D E D I C A T O R I A.

*Vestra virtute ac factis multò clariorem sitis reddituri. Sed & VOS, Joannes Sigismunde à Kreckwitz, Otto à Porßnitz, & Georgi Abrahame à Grünberg, Equites Silesia, populares charissimi, ejusdem animi & sententiæ esse, certissimum, Gentis namq; Vestra claritas Vos non potest nõ ad p̄clarissima facta plurimũ movere & incitare: quo Generis splendorem, quem à Majoribus accepistis, summo studio augeatis & ornetis, Nec dubiũ. Indoles nãq; Vestra eximia & præclara ad virtutis, cujus cognoscendæ gratiã in hac Academia dudũ versamini, studium arduum equidem, sed summã laude dignissimum Vos non potest non subinde incitare & impellere.*

*Pergite ita, uti præclarè cœpistis, quò Respubl. quæ Majores Vestros in istũ sublimem dignitatis gradũ collocavit, vobis aliquando dignam referat gratiã. Theatrũ vero istud Ethicum Vobis, Nobilissimi Viri-juvenes offerendum & dedicandum censui, quod illud defensores æquiores & magis strenuos habere non potest, cum in illo omnis civilis societatis benè constitutæ principia contineri optimè intelligatis. Hic namq; de fine sive felicitate, quæ Reip. proposita esse debet, agitur, hic*

*media,*



EPIST. DEDICAT.

*media*, h. e. *virtutes*, quibus felicitatem verè  
licet consequi, exponuntur, hîc quænam  
affectuum ad rationem ratio esse debeat,  
dicitur. Serenâ proinde fronte munus  
istud levidense ex animo *Vestrarum Nobi-*  
*litatum* observantissimo profectum accipi-  
te, ac me *Vestro favore* prosequi pergite.  
Scribebam Lipsiæ in musæo meo die pro fe-  
sto *Michaelis, Archangeli illius magni, Christi*  
*Salvatoris*, quem tum *Ecclesia* afflictissima,  
tum *Resp.* turbatissima assertorem & vin-  
dicem implorat unicum. Anno reparatæ  
salutis millesimo, sexcentesimo, vigesimo  
primo.

Nobilitatum Vestrarum  
observantissimus

Christophorus Preibisius  
I. U. D. Profess. publ.

*Coll. diss. A. 91, misc. 7*